

A 1605

XIII.

*de qua vide in c.c. R. Simeonis F. Yochai, cui dixit: Egone venturus ero in futurum seculum? fol. ל' b. qui, si Dominus iste voluerit, respondit. Dixerat R. Iehosua F. Levi, duobus tantum visis, trium audi vi vocem. Interrogans itum illi, quando Messias veniret, sic respondit: Ab initio mundi illius est in seculo secundo.*

לֹא כִּפְתָּחַ רֹמֵם גַּן עַרְןָה בְּנֵי כָּנְגָדְלָה וְקַמְבָּאָה  
מִכֶּשׁ אַלְאָגָן אֲלָמָּה בְּנֵי כָּנְגָדְלָה וְקַמְבָּאָה  
אֲזָרְשָׁלָמְגַן עַרְןָה בְּנֵי כָּנְגָדְלָה וְקַמְבָּאָה  
i.e. non in portá Roma proprià sic dicitur; sed Paradisus dicitur respectu totius mundi.  
Dixit itaq; ei, quod in isto Paradisi latere, quod ex adverso sit porta Ro-  
manæ, habites Messias.] Sed quodnam eus signum? Sedeit inter paue-  
res, morbis oneratos. [Glossa (4) ad voces חַלְשָׁה חַלְשָׁה]

**a) I.c. lao. fin.** res, morbis oneratos, [Glossa (4) ad voces] סובלו חלאות: sqq. מנוגע דרכו ווֹא מחולן פשענו וריבן: סגנעים והוא נמי מנוגע דרכו ווֹא מחולן פשענו וריבן

Esa. 53. 5. *[...] propter nos est plaga  
juxta id, quod scriptum est: Atque ipse vulneratus est ob prævaricatio-  
nes nostras; iterumq[ue] scriptum est: Et morbos nostros ipse portavit.]*

b) Vid. l. 9. n. 13.15-21.36. Pax Tibi, Domine mi, ac Doctor mi! qui respondit: Pax tibi sit, fili Levi! regrenti ipsi: quando veniurus est Dominus, respondit: Hodie. Qui rever-

c) Conf. Prov. li Levi. Cui Elias: promisi sibi & Patri tuo seculum futurum. Davidis 8.12 coll. Job. hic Fil. indigitari, non modò tota affirmat pagina, toties ingeminat.

**1.4. Apoc. 21.** do (b) voces Ἀγῶνα [sic] sed & potestas, que eradicabuntur, nim. vita eterna  
**v. 3.** concessio, cuiusque voluerit. Elias q[ui] estius propriâ autoritate nihil  
**d.) cit. Bux. L.** auder proscriptio, sed responde: si Dominus ille. Glossa mare, שׁבְּנָה

לברא כי הכהן היה שׁבֵּת: <sup>מָזֶה</sup> & בו הכהן שהוא שכינה <sup>שׁבֵּת</sup> אשרה (כ) per quam optime intelligit R. BECHAI, inquisiens: הכהן (ד)

f) ib. f. זצנְתִּי mulq; ad Messiam eum remitti; cuius responsionem illi datam ita etiam explicat, ut sibi suoq; Parenti v tam aternam promissam cognosceret.

Quis autem hanc potestatem unquam tribueret filio Josephi? num hic major dicatur Eliâ? (2.) De Eo loquitur Ἰησοῦς, qui plus valitat, quam ultius hominum. Id quod iterum de Josephi Fil. intelligi nequit. Qrum hoc non tantum Messiam F. Dav.; sed & Patres statuant majores. (3.) De eo loquitur, qvis i suppressos suis sublevavit Israelitas oneribus. Id quod iterum Josephi filio non competit; qrum hic ipse propriis dicitur oneribus succumbere. E. de filio

Davidis.

३०६: (०): ५०

33 ii) ~~ggf~~ 37

In Honorem  
ADAMI SECUNDI, JESU CHRISTI, PASSI, CRUCIFIXI,  
VULNERATI, MORTUI ET SEPULTI:  
Dissertationem Philologico-Historicam,

# MESSIAM VULNERATUM,

## Ex Dicto Prophetico,

Eg. LIII. 4. 5.

## **Exponentem,**

**DEO, Reconciliato per**

# VULNERA MESSIAE, cooperante,

M. ABRAHAMUS HENRICUS  
DEUTSCHMANNUS,

## Ordin. Philosoph. Adjunct.

## **Et Respondens,**

# GEORGIUS Frankfurter

## Cremonio-Hungar.

## Philosophiz Cultor,

publico sistent Colloqvio,

*In Auditorio Majori,*

*IV. April. ANNO M. DC. XC.*

### Horis pomeridianus.

TEMBERGÆ, prelo HAKIAS

VITEMBERGÆ, prelo HAKIANO.

# VIRIS

SUMME REVERENDIS, EXCELLENTISSIMIS,  
PRÆCCELENTISSIMIS EXPERIENTISSIMIS, REVERENDIS  
PRÆCLARISSIMIS, NOBILISSIMIS, NEC NON  
DOCTISSIMIS

DOMINIS DOMINIS  
PATRONIS,  
EVERGETIS, ME-  
COENATIBUS UT ET  
STUDIORUM SUORUM PROMO-  
TORIBUS, SUMOPERE VENE-  
RANDIS, COLENDIS,

Hoc qualemque Specimen Academicum,  
in Studiorum Suorum promotionem, omni sub-  
missō observantia cultu ac debitā animi pietate

D. D. D.

RESPONDENS.

# JESUS VULNERATUS ET CRUCIFIXUS

Nobis auxilium prabeat salutiferum!

ulta & admirabilia signa Veteri Testamen-  
to consecrata sunt, quæ Vulnera MESSIÆ  
hocce tempore, quô Pashionem idem in-  
gressus, in Cruce vulneratus, morteque in-  
tolerabili affectus, repræsentare queunt.  
Moses itaque Teâdam, quâ & Sanctuarium, &  
Sanctuarii adyutum dividetur, Exod. XXVI. 33. monstravit, qua-  
le vers. 3. quinque Cortinis, sibi junctis mutuo, constaret. Hoc  
ipsò Rupercus Abbas Tuisiensis & Alphonsus Tostatus Abulensis,  
quinque Vulnera MESSIÆ Sanctam indigitari statuerunt. Ipse  
Apostolus Paulus vulneratum Carnem CHRISTI vel amorem vel te-  
cum pro Sanctuario Hebr. X. 20. appellavit. Eadem præfigu-  
tabantur per Altare, quinque Cubitos in longitudine, & totidem  
in latitudine habens. Exod. XXVII. 1. XXXIIIX. 1. per Ostiola, in  
ingressu de lignis olivarum facta, Postlesque Angulorum quinque  
habentia. I. Reg. VI. 31. per quinque lippidissimos Lapidem, quos  
David elegit. I. Sam. XVII. 40. Augustinus, Pater Sanctus, in  
manuali Cap. XXII. non frustra inquit: In omnibus meis adver-  
satibus non invenio tam efficax Remedium, quam Vulnera SAL-  
VATORIS: in illis dormio securus & requiesco placidus: inter  
Brachia SALVATORIS mei & libenter vivere, & mori cupio,  
Quemadmodum Pares Veteris Testamenti suas meditationes  
de talibus Vulneribus instituerunt, ita de eorundem Opera-  
tione sollicitam curam suscepserunt, Vulnera MESSIÆ se-  
cundum locum, quô existunt, examinarunt, & in succum  
& sanguinem eadem converterunt. Septem Vulnera CHRI-  
STI Petrus Damiani in peculiari Sermone de Vulneribus CHRI-  
STI & Jacobus de Voragine septem vitiis cardinalibus opposue-  
runt: Superbia, Avaritia, Luxuria, Invidie, Gula, Ire, Acedia.  
Nobis placebit in meditatione passionali Vulnerum Salvatoris  
progreedi, atque juxta Locum Propheticum, Es. LIII. 4. 5.  
MESSIAM Vulneratum contemplari. Fiat!

A. 2

I. Vul-

I.  
**V**ulnératum MESSIAM proponentes; philologico-historicum discursum de illo instituemus, ac meditationem nostram ad verba prophetica Esaie dirigemus in Cap. LIII. Prophetie sue vers. 4.5. Ob prolixitatem Verborum, ad Scopum nostrum pertinentium hic saltem Textum Authenticum allegabimus:  
אָכְןֵ דָלִינוּ הַוָּא נְשָׁא וּמְכָבֵנָו סְכָלָס אֲנָחָנוּ רְשָׁבָנָהוּ  
נְשָׁעַנְתָּה אֶלְהָיְתָה וְמַעֲנָה: וְהַזָּה מְחַלֵּל מְפַשְּׁעָנוּ  
סְרָכָא מְעוֹנָתָנוּ מְסָרָ שְׁלוֹטָנוּ עַלְיוֹ וּבְחַבְרוֹתוֹ נְרָפָא-  
לָנוּ

Non autem tam ad grammaticam resolutionem, quam ad textualē usurpationem, secundum Arię Montani Versionem, & Historiacum Philologia confessionem, quantum fieri potest, respiciemus, ut sistamus (a) Subiectum Vulneratum. (b) Causam Vulnerationis. (c) Finem Vulnerationis. (d) Iporum Vulnerum Usūm, seu Fructum.

II.

Subiectum Vulneratum consideratur juxta Textū Authenticū (a) ut Certissimum, (b) ut Vicarium, (c) ut vere Passum, (d) ut Redemptor, pacem vobis promerens; (e) ut Medicus optimus. Hac Argumenta ex Textu deducenda, & pro ansa plurimis Documentis demonstranda veniunt.

III.

Subiectum Certissimum ut Vulneratum nobis particula נְשָׁא Certe, vere, quam alii ad נְשָׁא reducunt, indicat, quod certitudinem partim verē materialē, ratione positū Verborum, partim formalem, quā realitatem Subiecti, requirit. In hoc Arias Montanus, Tremellius & Junius lubenter consentiunt, quorum hi reddiderunt: Veruntamen, ut hæc particula non omnem conjunctionem cum Antecedentibus excludat. Hinc Propheta non saltē in istis verbis Capitis allegati de Oficio MESSIÆ verba fecit, sed in præcedentibus jamjam de Lingua dicta MESSIÆ Cap. L. Ll. & Annunciatione Pacis, Cap. Lll.

Lll. discursum instituit. Quidam connexio Capitis non inconvenienter adstruitur. Hoc modō Vulneratum MESSIAM pro vero Passionis Subjecto venditatur.

IV.

Subiectum Vicarium MESSIAM Vulneratum nuncupamus, quod languores, aut morbos nostros ipse tulerit. Hoc Subiectū se alibi luculentē repræsentavit, Ex. XLIII. 25. Ubi iuxta Textum Authenticum Arias Montanus ita verba posuit: Ego, Ego, ipse delens, vel juxta nonnullos, sum, qui delecto, prævaricationes tuas propter me: Et peccatorum tuorum non recordabor. Bernhardus Serm. XLIII. in Cant. unumquemque nostrum alloquitur: Tu, si Iapis, imitaberis Sponse prudentiam, atq; hunc myrrham charum fasciculum de principali tui pectoris, nec ad horam patieris avelli, am. ipsa illa omnia, que pro te pertulit, semper in memoria retines & assidua meditatione revolvens, quo possis dicere & tu: Fasciculus myrrha dilectus meus mibi, inter ubera mea commorabitur. Hujus vulnerati vicariatus recordari quotidie obligatur, & verba Textū ita exponimus: MESSIAM ipsum in sece per Jobovam conjecta, seu rejecta seu posita bajulasse, tulisse, portasse omnia peccata nostra, omnes languores nostros. Hoc Exemplū Sacrificialia Pecora nobis proponimus, in qua ponit, seu conjicit, seu rejici iniquitates, ab hominibus perpetratas, tempore Veteri Testamenti, solebant. MESSIAS Vulneratus nobis & meritum patientibus, & patienti speculum factus est. Affirmante Laurentio Justiniano in Ligno Vita Cap. II. Cui Tertulliani verbahic assensum præbent: O Vnde! quid speculum consulis? mores tuos intuere, conscientiam tuam inspicere, in CHRISTUM Crucifixum oculos conjice: hoc tibi Speculum, & Opifex Splendor sit, in hoc non falsam levitatem, sed cruentat tubera & alia Vulnera considera. Nullum dubium ergo hoc de Subiecto restat, quod ut quo, Theologorum consensu, secundum Humanam saltem Naturam, languores nostros tulit.

A 3

V. Sub-

## V.

Subjectum vere Passum MESSIAM nobis proponimus, verbisque indicamus : *Et dolores nostros bewulavit*, aliis portavit, eos. Qvibus indicatur, *Cor totum in Passione vulneratum fuisse*. Bernb. Cap. III. de Passione. Ad hoc perforatum est Latus tuum, ut nobis patesiat introitus: ad hoc Vulneratum est Cor tuum, ut in illo ab exterioribus perturbationibus absoluti habitare possumus. O quam bonum! quam jucundum! habitare in corde hoc. Non unum dolorem, sed omnes dolores peccatorum portavit. Hic recordamur verborum Augustini Serm. XXIII. ad Frat. in Erem. Nihil tam salutiferum nobis est, quam cogitare, quanta pro nobis pertulit Deus & HOMO. Dolores isti satu describi nequeunt, quapropter istos revolvendo, lachrymas ex compassione, quantum fieri poterit, unumquemlibet peccatorum effundere oportet. Gregorilib. VI. Mor. Cap. VI. verba citamus: *Compatere ergo SALVATORI nostro, JESU CHRISTO, memoriam Passionis & Vulnerum ejus in Corde tuo habendo, certissime confidens, quod ejus Consolationis in futuro socius efficeris*. Si Medicus quilibet Morbosits dolores mitigare laborat Medicamenis, ideo Medicus spiritualis dolores nostros in se suscipere magis non solum potuit, sed & actu portavit, ne istis magis magisq; in animo torquentur. Etsi etiā verba Textus Authentici præteritum tempus attendant, tamen illud instar presentis aximare obligamus. Ut presenti tempore haud frustra exclamemus: CHRISTUS in summa Inopia; ego in Opulentia. CHRISTUS in Fame & Siti; ego in exquisitu Epulis. CHRISTUS nudus, & ego pretiose convertis. CHRISTUS in Doloribus, & ego in Delicta. O quam admirabilem Commutationem! P. Iesus ergo Messias in Vulneratione intolerabilibus doloribus affici debuit. O Amantissima Vulnera DOMINI nostri, JESU CHRISTI! Qvæ nobis in textu verba hujus & sequentis versiculi manifestant, quando Verba Authentica Arias Montanus ita reddidit: *Et nos reputavimus cum plagam, percussum I EI, & humiliatum. Et ipse vulneratus a prævacationibus nostris, attritus ab iniuitatibus nostris*. Hæc verba p-

sum &amp;

sum & vulneratum MESSIAM conjungunt, non vero fore  
miam pro Subjecto agnoscunt, sicut Grotius existimat. Teste  
B. CALOVIO in Bibl. illustrat. in hunc loc. Nec Bellarmino Lib.  
II. de Verbo DEI Cap. XI. neque Cornelio a Lap. post Gorlesteinum,  
statuentibus: *Percussum DEUM intelligi*; assensum præbe-  
m. Sed poti⁹ percussum DEI hic introduci judicam⁹, prout  
ad MESSIAM passurum verba Prophætica solum respiciunt.  
Judicium, quod Judæi alias tribuitur, hūc referimus: *Hos pu-  
tasse ipsum ob delicta propria & vulnerata & DEOplagi percusa-  
sum, summopere depresso atque humiliatum esse*, ut verba di-  
serte docent. Certè languires nostros ipse suffert, & dolores  
nostris ipse portat, nos vero pitabamus ipsum casum esse &  
afflitum percussione DEI. O deformem, fœdum & abomi-  
nabilem Hominem! qviam tamen nos a divina severitate et  
a prævaricationes nostras liberavit. Qvibus verbis nunc ex-  
primitur Quoniam vulneratus, qui Decretō divinō dolores nostros  
in se suscepit, qvoad Subjectum Quid, totus MESSIAS, qvoad  
Subjectum quo, saltē secundum Humanam Naturam consi-  
deratus. Hæc plenius Theologi exposita dant. Malè hinc  
Grotius pro vocabulo vulneratum substituit male tractatum,  
ut commode ad Jeremiam referri Vulneratio queat. O Van-  
itatem Vanitatum! Kmcibi dicit: *Dolorem esse, qualis est partu-  
rientis, aut castrantis se, qui vehementer in intestinis notat, ob-  
servante Avenario*. Vid. loca Es. XXIII. 4. Cap. XXVI. 18. Jereme-  
XL. 3. Interpretē Wellero Sensus: *Vulneratus MESSIAS ex-  
quisitissimis doloribus, & in intestinis ipsis instar parturientis mi-  
serissime propter prævaricationes nostras divexus fuit*. Mirum  
ergo non est, quod idem attritus ab iniuitatibus nostris, conjitus,  
confractus, vel oppressus. Vulneratio ea propter dolorum exquisi-  
tissimorum perpessio, confractio & contusio, propter Scele-  
ra nostra, MESSIAE, non Jeremia, convenienter secundum  
verba prophætica tribuitur. Qvæ verba haud exclusam vo-  
lunt Causam Passionis & Vulnerationis, quam nostræ iniuitati-  
bus promerita sunt. Nudus Homo tales portare non potuit  
sed

sed DEUS & HOMO ab ipsis liberare debuit. Hinc ssvavia somnia Grotii, verba ista jeremias assignantis, cui Socinus Crelleius contradicit verbis: Nullam aliam Causam intelligi posse, qm̄ ipse suam procatarticam. Idem Socinus fatetur Prelect. Tholog. pag. 121. part. II. de CHRIST. SERVAT. Cap. VII. Ita Subiectum passum pro iniquitatibus jure sistitur.

VI.

Subiectum Vulneratum Redemptor noster dicitur qui Pacem pro nobis promeruit. Hunc satis indicant verba Textus: Cogitatio pacificationum nostrarum super eum. Pacem ergo habemus cum DEO, qui ante iratus propter peccata commissa, per MESSIAM Vulneratum, cuius Castigatione Pax componi debuit. Lutheri Sententiam ut adducamus, qvæ proxime Scopum nostrum attingit, is dixit: Castigatus ipse, MESSIAS noster, est, ut nos haberemus Pacem, id est, Remissionem Peccatorum & Conscientiam sedatam. Si igitur habere Pacem volumus, necesse est, id fieri per disciplinam ipsius. Ipse meritò Pacem, nos nostrorum peccatorum panas habere debebamus, sed sunt hic inversa omnia. Alius peccat, & aliud plectitur. Sic Redemptor noster omnem defectum nostrum sibi tribuit, super quem DEUS omne supplicium, quod nos retribuere ac respondere debuimus pro peccatis nostris, imposuit. Castigationes Hebraicum textum, non qualemcumq; afflictionem, sed eam, qvæ pene rationem habet, significatam dat. Imò Pax nomine intelligi Bonum irr punitatis, non erit insciandum. licet Hebrei qualemque Bonum vocabulo Pacis indigitari iudicent. Rabb. Salomo Jarchi reddidit: Venient super eum Castigationes Pacis, qz̄ e fuit nobis: quia ipse castigatus fuit, ut esset Pax omni mundo. Hic allegamus Augustini verba lib. Med. Cap. VI. Vide immaculata vestitia, qra non heterunt in Via peccatorum; sed semper ambulaverunt in lege tua diris configenda clavis. Sc. Ora te Rex Sanctum per Redemptorem meum, fac me currere viam mandatorum tuorum. &c. Recte clamat Ambrosius in Lucam Cap. XII. Doles, DOMINE, & perè doles, non tua Vulnera sed nostra scederet.

VII. Sub-

VII.

Subiectum Vulneratum denique, ut Medicum Optimum decet, sibi nostram Curationem appropriat verbis ultimis, secundum Arie Montani Versionem: Et labore ejus medicatum est nobis. Sensus talis ex ipsis elicitor: Ipsum labore plaga ex sanguine concreto affectum, ut nos a Vulneribus nostris sanaremus. O detestandam speßlörn Grotii, Jeremiam pro Subiecto hic adducentis! Si ponderasset Verba Lutheri, hoc ipsum non asseruisse, cuius verbis utimur: Est jucundissima Consolatio, livores ipsius sunt nostrum Emplastrum. Si quis ergo Sanitatem optat, ille non suam castigationem & crucem consideret, sed tantum respiciat in Christum, & credat, tunc sanabitur. Nec aliud sentit Beatus Pater, Cyrillus, in hunc loc. Bernhardus itaque querit: Ubi tuta, firmaque infirmis securitas & requies, nisi in Vulneribus Christi Salvatoris. Tantò illuc securior habito, quantò ille potentior est ad salvandum. Serm. LXI. in Cantic. In omnibus adversitatibus Augustinus non inventat tam efficax Remedium, quam Vulnera CHRISTI: In illis dormit securus, & requiescit, tanquam in Arca, intrepidus. In Man. Cap. XXI. XXII. Ad hunc ergo Medicum omnes, qui onerati sunt peccatis, & in iisdem mortui, fugiant, solamenque in Vulneribus ejusdem querant. Ut nullo tempore hujus Subiecti, potissimum præsenti, oblivisci studeamus, verum afflictiones nostri Medicis perpetuò nobis proponamus, & Vulnera CHRISTI Angoris invisibilia videamus secundum Bernhardum Serm. de Pass. Cap. III.

IIX.

Subiectum Vulneratum excipit Causa Vulnerationis, quam non negligi Verba Prophetæ testantur. Non frustra de languoribus nostris, doloribus, prævaricationibus, iniquitatibus nostris per totum Contextum verba fiunt, sed ansam dant, magis magisque Causam Vulnerationis ponderandi. Causa itaque variaz allegari queunt: (a) Languorum nostrorum Portatio, qvæ Vulnerationem reqvirebat. Sic Languores dicuntur pœnz, pro peccatis inflictz, qvas MES-

B

SIAS

SIAS vulneratus in se derivavit, ut a Reatu peccati libera-  
remur Etsi Grotius, postquam Judæorū deliriis mens ob-  
scurata fuit, ad Jeremiam hanc Portationem retulerit, este  
Sensus interpretandi verba SPIRITU S. contrarius est.  
Idem refragatur interpretationi Evangelista Matthæi Cap.  
IIX. 6. Ubi de CHRISTO dicitur: Infirmitates nostras  
acepisse, & agrotationes nostras portasse. A proprio & a SPI-  
RITU S. immediate intento Sensu hic recedendum non  
est, qui Veritate infallibili gaudet. Hinc de pœnitis pecca-  
torum nostrorum, a CHRISTO portatis & exantlati, agi  
hōc in loco, statuendum erit. Ipse non saltem Animam  
tristem usque ad mortem esse testatur, sed & Corpus a  
doloribus, vel variis plagiis & perpessionibus non liberatum fa-  
tetur. Brentius nobiscum ita sentit pag. 671. Cām venisset  
Pilius DEI in hunc Mundum ad curandas nostras. Infirmitates,  
suscepit expiandum peccatum, quod erat omnium infirmitat-  
um & malorum nostrorum Causa. Accedit (b) Dolorum no-  
strorum in se Susceptio. Hæc fuit non coacta, sed libera, qva-  
tenus pro doloribus nostris Corpus vulnerari concessit. Bi-  
julare idem ac sustinere in Ebraismo significat pœnas  
ferre, cui & latinorum phrasis similis judicatur: luere deli-  
cta, vel delictorum supplicia. Hic cum Bernardo Serm. II.  
de Passione Cap. III. exclamamus: Bonus Thesaurus, bona  
Margarita Cor tuum, Bone IESU! quam foſſo agrotui Corpori  
inveniemus. Quis hanc Margaritam abjectus? Secundum  
Ambrosium Cubicalum Ecclesie Corpus CHRISTI est. Hinc  
(c) Plagiati, percussi DEI & humiliati cognitio nobis Causam  
suppeditat. Nec Hieronymi translatio nobis contrariatur,  
qui Symmachum & Apilam fecutus, L-prosum reddit vocem  
Hebreos, qvæ notat in genere percussum & vulneratum DEI.  
Quidni ergo Causa Vulnerationis haud exprimatur? Nos hīc  
in simili tanquam horribiliter afflitum propter delicta no-  
stra, in Cruce opinamur, alias sua culpam fœde lacerari  
debuisse, qvæ tamen penitus carebat. Hunc Bernhar-  
dus optimè descriptit Serm. LXI. in Cant. Ego fidei  
q. 63

quod ex me mihi deest, usurpa ex Vulnerib Domini, quoniam Mi-  
sericordia afflant, nec defunt foramina, per quæ certè afflant.  
Foderunt manus ejus & pedes, lausque lancea perforarunt, per  
bas rimas licet mibi fugere mel de petra, oleumque de Saxo duris-  
fimo gustare & ridere, quoniam suavis est Dominus. (d) Ipsi  
Vulneratio actualis propter prævaricationes nostras, & attacatus  
propter easdem. Ad quam Vulnerationem hīc ita respicere so-  
lemus, ut Vulnera MESSIAE quinque recenseamus, sicut i-  
sta typice in Veteri Testamento præfigurata verè sunt. Au-  
gustinus id explicat meritò, dicens Lib. XV. de Civit. DEL. Quid  
Arca Noa Ostium in latere accepit, illud profectò Vulnus est,  
quando latus Crucifixi lancea perforatum est. Bernhardus in  
Soliloquio pag. 510. Sacro sandum lateris ejus Vulnus Ostium  
Arca, quo in latere factum est. Sive alii plura, sive pauciora  
Vulnera MESSIAE statuant, illi ponderent Verba Ecclesia,  
Sponsæ CHRISTI: Die heilige fann̄ Wunden dein &c.  
Per Vulnus in dextra Manu MESSIAE monstrandus Locus  
ad dextram DEI. Longitudo dierum, inquit Rex Salomo de  
Sapiencia Eterna DEIPATRIS, in dextra ejus. Per Vulnus al-  
terum in sinistra manu indigitanda Liberatio ab ignominia,  
qvam peccatis ut hoedi, a sinistris collocandi, meriti su-  
mus. Sed per Vulnus tertium in Corde a Latere MESSIAE  
Solatium in morte significandum, qvod omnem despera-  
tionem in corde removebat. Per Vulnus quartum in Pede  
MESSIAE a dextra indicanda nostra malitia & inclinatio-  
nis ad malum omnia remocio, qvâ secundum Regem Salomo-  
nen, Pedes ad malum currunt, & festinanti, ut effundant San-  
guinem. Cap. I. 16. Per Vulnus quintum & ultimum in Pede &  
sinistra ostendenda Acedia nostra Suscepio. Qvapropter Ec-  
clesias inquit: Cor Sapientia in dexteri, & Cor stulti in  
sinistra illius. Cap. X. 2. Per ista Vulnera nunc sanari sumus.  
Alios Modos declarandi Vulnera hīc studiose non addu-  
cimus, sed tantum commendamus Pentagonalum Cibis  
B. D. Hülsmanni. pag. 27 scq. Placet hic verba com-  
mendatione digna B. Ambroſii in Cap. XXII. Luc. allegare:  
Minas

**S**IAS vulneratus in se derivavit, ut a Reatu peccati libera-  
remur Etsi Grotius, postquam Judiciorū deliriis mens ob-  
scurata fuit, ad Jeremiam hanc Portationem retulerit, este  
Sensus interpretandi verba SPIRITUI S. contrarius est.  
Idem refragatur interpretationi Evangelista Matthaei Cap.  
IIX. 6. Ubi de CHRISTO dicitur: Infirmitates nostras  
acepisse, & aggrationes nostras portasse. A proprio & a SPI-  
RITU S. immediate intento Senfu hīc recedendum non  
est, qvi Veritate infallibili gaudet. Hinc de peccatis pecca-  
torum nostrorum, a CHRISTO portatis & exantlati, agi  
hōc in loco, statuendum erit. Ipse non saltem Animam  
tristem usqve ad mortem esse testatur, sed & Corpus a  
doloribus, vel variis plagiis & perpeccutionibus non liberatum fa-  
tetur. Brentius nobiscum ita sentit pag. 671. Cūm venisset  
Bilis DElin bunc Mundum ad curandas nostras, Infirmitates,  
suscepit expiandum peccatum, quod erat omnium infirmita-  
tum & malorum nostrorum Causa. Accedit (b) Dolorum no-  
strorum in se Susceptio. Hæc fuit non coacta, sed libera, qva-  
tenus pro doloribus nostris Corpus vulnerari concessit. Ba-  
julare idem ac sustinere in Ebraismo significat poenas  
ferre, cui & latinorum phasis similis judicatur: luere deli-  
cta, vel delictorum supplicia. Hīc cum Bernardo Serm. II.  
de Passione Cap. III. exclamamus: Bonus Thesaurus, bona  
Margarita Cor tuum, Bone IESU! quam fosso agrotui Corpori  
inveniemus. Quidam hanc Margaritam abjecti sunt? Secundum  
Ambrosium Cubiculum Ecclesie Corpus CHRISTI est. Hinc  
(c) Plagati, percussi DEI & humiliati cognitio nobis causam  
suppeditat. Nec Hieronymi translatio nobis contrariatur,  
qui, Symmachum & Apilam secutus, L-prosum reddit vocem  
Hebreorum, qvæ notat in genere percussum & vulneratum. DEI  
Quidam ergo Causa Vulnerationis haud exprimatur? Nos hīc  
M. sim, tanquam horribiliter afflictus, propter delicta no-  
stra, in Cruce opinamur, alias suā cūpā tam fœde lacerari  
debuisse, qvā tamen penitus carebat. Hunc Bernar-  
dus optimè descripsit sermo. LXI, in Cant. Ego siderer,  
quod

quod ex me mibi deest, usurpo ex Vulnerib⁹ Domini, quoniam Mi-  
sericordia affluit, nec defunt foramina, per quæ certò affluant.  
Foderunt manus ejus & pedes, lauacrum lancea perforarunt, per  
bas rimas licet mibi sugere mel de petra, oleumque de Sapo duris-  
fimo gustare & ridere, quoniam suavis est Dominus. (d) Ipsa  
Vulneratio actualis propter prævaricationes nostras, & actualis  
propter easdem. Ad quam Vulnerationem hīc ita respicere so-  
lemus, ut Vulnera MESSIÆ quinque recenseamus, sicuti  
statypice in Veteri Testamento præfigurata verē sunt. Au-  
gustinus id explicat merito, dicens Lib. XV. de Civit. DEI. Quod  
Arca Noe Ostium in latere accepit, illud profecto Vulnera est,  
quando latum Crucifixi lancea perforatum est. Bernardus in  
Soliloquio pag. 510. Sacro sanctum lateris ejus Vulnera Ostium  
Area, quo in latere factum est. Sive alii plura, sive pauciora  
Vulnera MESSIÆ statuant, illi ponderent Verba Ecclesia,  
Sponsa CHRISTI: Die heiliæ fūnff Wunden dñe &c.  
Per Vulnera in dextra Manu MESSIÆ monstrandus Locus  
ad dextram DEI. Longitudo dierum, inquit Rex Salomo de  
Sapientia Aeterna DEIPATRIS, in dextra ejus. Per Vulnera al-  
terum in sinistra manu indigitanda Liberatio ab ignominia,  
qvam peccatis ut hoedi, a sinistris collocandi, meriti su-  
mus. Sed per Vulnera tertium in Corde a Latere MESSIÆ  
Solatium in morte significandum, quod omnem despera-  
tionem a corde removebat. Per Vulnera quartum in Pede de  
MESSIÆ a dextra indicanda nostra malitia & inclinatio-  
nis ad malum omnem remoeio, qvâ secundum Regem Salomo-  
num, Pedes ad malum currunt, & festinanti, ut effundant San-  
guinem. Cap. I. 16. Per Vulnera quintum & ultimum in Pede &  
sinistra ostendenda accidia nostra Susceptio. Qapropter Ec-  
clesias inquit: Cor Sapientis in dextra eius, & Cor stulti in  
sinistra illius. Cap. X. 2. Per ista Vulnera nunc sanari sumus.  
Alios Modos declarandi Vulnera hic studiose non addu-  
cimus, sed tantum commendamus Pentagonalum. Cb ipsa-  
num B. D. Hülsmanni, pag. 27 seqq. Placer hīc verba com-  
mendatione digna B. Ambrosii in Cap. XXII. Luc. allegare:  
82 Minus

**Minus mibi contulisset CHRISTUS, nisi meum suscepisset affe-**  
**tuum. Ergo pro me doluit, qui profanabil habuit, suscepit tristitia-**  
**meam, ut mibi letitiam suam largiretur, & Vestigia mea**  
**descendit ad Mortis Eruina, ut nos suis Vestigiis & Vulneribus**  
**revocaret ad Vitam. (e) Castigatio pro Pace nostra super eo-**  
**um, & Medicatio, quæ livorem. Qualia demum Causam Vul-**  
**nerationis MESSIÆ ob oculos ponunt. Sed talia iterum**  
**ad solum MESSIAM, non cum Grotio ad Jeremiam specta-**  
**re censemus. Ideo illam eidem, ut Pacificatori summo,**  
**hanc verò, ut Medico singularissimo, Exod. XV. 26. assigna-**  
**mus. Iste Princeps Pacis, Es. IX. 6. salutis nobis in Salutem.**  
**Pf. CXII X. 13. 21. 28. Hic Propugnator ad salvandum, quitor-**  
**cular calcavit solus, & de gentibus non fuit cum ipso. Es. LXIII.**  
**1.3. Qvapropter cum Augustino dicimus: O DEUS Bon!**  
**Quid nostris oculis induendum prebes. O FILI DEI! Quo-**  
**modo TE conque exinanisti! O dulcissime JESU!**

IX.

Properamus ad Finem Vulnerationis MESSIÆ, quem  
quadantenus in præcedentibus insinuavimus. Juxta  
Textum Propheticum talis varius constitui potest. Modò  
ad Finem triplicem respiciemus: (a) Ad liberationem omnium  
peccatorum, propter quam Vulneratio facta; ut Serpens pa-  
radisiacus Gen. III. nullum damnum amplius afferat. Hinc  
pulchre Augustini verba Tract. XII. in Job. annotari possunt.  
*Quis est Serpens exaltatus? Mors DOMINI in Cruce, quia  
enim per Serpentis effigiem figurata est mors. Morsus Serpentis  
lethalis, mors DOMINI vitalis: attenditur Serpens, ut nihil  
valeat Serpens. Vulnera pendentes, teste S. Patre, Sanginem  
mortientis: Cicatrices resurgentis inspicimus.* CHRISTUS  
Vulneratu itaque Caput ad osculandum inclinatum habet,  
Cor ad diligendum apertum, & brachia ad amplexandum ex-  
tensa. O Bone JESU! in tuam liberationem confidimus.  
Cæterum subjecimus (b) Pacificationem cum DEO. Nam  
ideo MESSIAS Vulneratus, ut Pacem iterum cum Patre  
Cœlesti per Vulnera sua haberemus, sicutque omnes nostras ob-  
liquas

equas intentiones, quæ Capitis Vulnerationem, sanaret, omnes  
nostras immundas & terrenas affectiones, quæ Pedum Vulneratio-  
nem, sanaret. O Pacificatorem Incomparabilem! quem nos  
haud frustrajuxta membra omnia, secundum Humanam  
Naturam sibi propria, ut Vulneratum JESUMCū Anshel:zo de-  
scribim⁹, Cordique omnes nostros dolores, ac omnes nostras no-  
rias cogitationes, quæ sanationem, adscribim⁹, & Corpori toti  
totius nostræ vite & conversationis sanationem attribuim⁹. (c)  
Denique Finitis instar allegamus efficaciam Medicatio-  
nem, quæ Medico Spirituali meritò propria dicitur, quæ  
Gloriam divinæ Bonitatis, divina Justitia, Complacentia, Verita-  
tit, & Omnipotentie sufficienter testatus est. Hæc Medicatio  
Salutem Æternam necessariò promittit, quam Satanas, im-  
pii Judæi, & Gentiles intervertere studuerunt. Sie ergo  
Vulneratio Servatoris tendebat ad Gloriam divinam, ut Fi-  
nem absolute Ultimum, respectu DEI; Respectu Humanæ Ge-  
neris ad Salutem Æternam; Respectu Impiorum & Persecutor-  
rum Servatoris ad proxime intentum Finem, vel Hominum  
Interitum. De quibus Theologis judicium relinquentur  
putamus. Alii plurimos Fines ex Textu Prophetico  
deducant.

X.

*Usum & Fructum Vulnerationis SERVATORIS ultimi-*  
*mo pertractandum sumimus, quijuxta Veteres com-*  
*pletebitur Culparū omnium deletionem, a diabolica po-*  
*testate liberationem, Vulnerum nostrorum sanatio-*  
*nem, nostræ Charitatis ascensionem, pacis nostræ re-*  
*formationem, ad bonum omne provocationem, & Re-*  
*gnicœlestis apertione. Hisce perspectis fructum saluta-*  
*rem Vulneribus SERVATORIS tribuimus, quem alii se-*  
*cundum librum Apocalypticum septem Sigilli firmatum*  
*dant ex Cap. V. 1.2. Ut Bonaventura optime docuit. Sicut*  
*ipsa Vulnera omnibus Membris SERVATORIS destina-*  
*ta sunt, ita Eff. Ita ejusdem universales dicuntur, quæ di-*  
*vinam intentionem, pretiosam acquisitionem, saluta-*  
*remque*

remque prædicationem. Non audiendum **Amandum Polanum** existimamus, Particularitatem Fructuum Vulnerum SERVATORIS, ad Credentes tantum pertinentium, statuentem. Sed O. lepidam Consecutionem I. Rationem adduxit: Qvōd **Adamo & Eva** DEUS Tunicas Pelliceas fecerit, & his eos vestiverit. Si talis Consequentia procedat, quis **Calvinianorum**, aliorumq; impiorum Hominū, salvabitur. Qvo Afferro Universalitas Meriti destruitur, qvæ a SPIRITU S. tamen expressis verbis in Propheticō Textu, a nobis pertractato, indigitatur, cūm Propheta de Iniquitatibus totius Humani Generis verba faciat. Hic ergo inservit Distinctio qvædam, inter ipsam Vulnerationem SERVATORIS, qvæ pro omnibus facta, & Vulnerationis ejusdem applicationem, qualis a multis negligitur, qvod facti, non juris est. Confer. Theologi. Augustinum audiēmus: **Sanguis CHRISTI** primum est, tanti quid valet? quid nisi totus Orbis? quid nisi omnes Gentes? Effusio ergo pro injustis. Sanguinis justitiam potens fuit ad privilegium, tam dives ad pretium, ut & universitas Captivorum in Redemptorem suum crederet, nulla Tyranni vincula retinerent. In P. XCV. Eccii Sententia laudatur a D. P. Largo in Medit. pag. 95. Largiter nos CHRISTUS redemit vobis suō Sanguine, ut factiam superercent Mundi centum, sufficienter pro omnibus effusus esset **Sanguis CHRISTI**. Effectum Salutarem qvæque Circumstantia Vulnerum MESSIAE magis magisq; firmum reddunt, sive respiciatur ad Locum, in quo MESSIAS Vulnera in se suscipere debuit, qv. Hierosolymas, calamitate plena Civitas, salutatur. Sive Tempus confideretur, qvod eqvidem certò nemo novit, hinc saltēm. B. Augustini verba recitabimus: Vindictatum est in illos si gelidō magnō, & eradicati ab eo loco, ubi libertate impia furiosi adversus Medicum infanierunt. Dispersi sunt per omnes gentes, & dōta est illi terra Christianis. Enarr. in P. LXIV. Tom. lxx. Opp. fol. 656. Conf. & Ensc̄bius Histor. Eccles. lib. III. Cap. V. fol. 55. Eundem effectum Differentia Vulnerum MESSIAE qvæq; restatum

statum dant ratione Causa Efficientis, prout Vulnera ista tum ab Ordinatione, tum a Permissione divina pendent. Ratione Causa Finalis, cuius variatio in precedentib; manifestata est. Ratione Causa Materialis, sic Vulnera hic secundum Membra, Homini propria, distinctim applicantur. Ratione Causa Formalis Vulnera vel punctum, vel ruptum, vel contusum facta perhibentur. Ut nihil de Differentia Vulnerum ratione Accidentium referamus.

### XI.

Nec obstant nostræ Sententiaz Verba Cantus Penitentialis Ecclesie: Dass auch ein Tröpflein kleine/die ganze Welt von reine se. Ex quibus elicere quis posse, quid opus sit, ut Vulnera plurimorum MESSIAE mentionem hic faciamus. Qvare observandum, ad Sufficientiam respectum haberi, qvæ plurima Vulnera haud frustra reqvirebat, non enim unum Vulnera sufficere poterat. Qvapropter inter Adjuncta Vulnerum MESSIAE primum Numerus recensetur, de quo supra egimus. D. Johannes Försterus in Nucleo Pass. Conc. VI. pag. 110. inquit: Der rechi grossen Wandt 1 welche durch und durchgezangen werden fünf geschlct.

### XII.

Audacia spernenda B. solidis, qvi Vulnera MESSIAE negare debuit, & Simonem Cyrenum in locum ipsius surrogavit, apud Epiphanius. Apud Augustinum alias citatur, cuius nomine haud meretur, ut adducatur. Nos potius contradicimus iisdem Verbis Prophetæ nostri expressis, ex quibus Subjectum, quantum fieri potuit, deduximus, Servatoremq; nostrum Vulneratum constituimus. Athanasii verba iisdem opponenda sunt: Neque enim potuit aliud pro alio in Redemptionem pensari, sed Corpus pro Corpore, Anima pro Anima reddenda fuit, & Integrum aliquid pro incgro Hominice. Ignatii verba notatu digna: Vere condemnatus & crucifixus est, non opinione, non phantasiam, non imposturam. Epis. ad

ad Trall. & Smyrn. Igitur & Veritatem pro Adjuncto Vulnerum MESSIAE genuino venditamus.

XIII.

Vulnera itaque non ad nudum Hominem, sed ad DEUM & Hominem referimus, non quæDEUM, sed qui DEUS est. In tali nos miseri gaudemus, de ipsis gloriamur, atque ultimè cum Augustino in Manual. Cap. XXII. exclamamus: Quoniam me pulsat aliquia turpis Cogitatio, recurro ad Vulnera CHRISTI. Cum perimit me Cor mea, recordatione Vulnerum JESU CHRISTI resurgo: Si ardor libidinis moveat Membra mea, recordatione Vulnerum DOMINI nostri, FILLI DEI, iuritus extinguitur. Hisce Vulneribus tota Passio MESSIAE consummata est. Ut cum Augustini verbis Bernhardt exclamationem conjungamus: Ecce unde Pudor? & Timor unde? Utique quia ex consideratione Remedii periculi mei astimo Quantitatatem. Nesciebam, sanus mibi videbar, & ecce mittitur Virginis FILIUS: FILIUS Altissimi DEI, & jubetur occidi, ut Vulneribus meis, preciosò Sanguinis illius Balsamò medeatatur. Agnosce Homo, quām gravi sunt Vulnera, pro quibus necessè est a DOMINUM CHRISTUM vulnerari. Si non essent hac ad Mortem, & Sempiternam, nunquam pro eorum Remedio DEI FILIUS moreretur. Huic ergo dicimus pro Vulneratione sua

LAUDEM HONOREM ET GLORIAM  
IN SEMPITERNUM.

34 kk) 2  
עֲבוֹרָת הַיּוֹתָה:

SIV.  
DISSERTATIO

Ende

OGICA

# SELENO

A Propt  
Cap. VII, 18.

DEO cle

Illustri VVit.

DN. M. GEO

MJ

Ampl. C

Fautoris ac

Public

TRIA,

A  
7. seqq.

ente,

Academia,

FRIDERICI

DI,

dignissimi,  
ii honoratisimi,

disquisitioni

ABRAHAM CALOVIIUS, Wittenbergensis,

AUTOR & RESPOND.

In Auditorio Majori, d. 3<sup>o</sup> Junii

A. M DC LXXX.

Ere publico MATTHÆI HENCKELII, Academ. Typogr.